

fitatem, quædam est ab intrinseco, quando scilicet infirmus iudicio Medicorum non posset vi-
tam conferare, nisi edendo carnes; vel quia alij
cibi sunt ei inutiles, vel quia nullum alium cibum
apparet. Altera est ab extrinseco, quando scilicet
quis non habet copiam alterius cibi præter cat-
enes, & sic fame morietur.

4. Quidam ergo dicunt circa præsens dubium
teneri Carthusianos edere carnes in quauis ex-
tremis necessitate, etiam ab intrinseco, v.g. quan-
do Medicus perit iudicarent, quod ni comedere
carnes, morentur, etiam scilicet votum
non comedere carnes, & tunc non
comedentes carnes, censentur lepros occidere.
Sic Panorm. cap. sive vero, n.2. & ibi Alex. de Neu-
num, n.5. de inepiat. Sylvest. iuramentum, q. quæf.
20. Metina C. de ieiuniu. quæf. ultima; & iden-
titer sceluso scandalo, id est, nisi inde seque-
re tur dissoluto ordinis, & obseruant Regularis.
Gerson tract. de abstinentia Carthusianorum à car-
nibus, & Maioris 4. distin. 38. quæf. 2.4. & dicit
esse probabile Ledesma 2.4.9.17. art. 6. fol. 20.3. &
Victoria relati de temperantia, n.8. dicit esse valde
probabile. Idem tenet Mart. q. de abstinentia.

5. Sit tamen prima conclusio. In extrema nec-
essitate ab extrinseco potest, & tenetur Carthusianus
edere carnes; & in hac conuenienter cum Do-
ctoribus citatis. Ratio, quia cum mors illa sit
violentia, videtur illi impuniti; & sic refert Petrus
ille Sutor in sua historia quandam Carthusianum
edisse carnes, & iudicari esse in ordine suo non
fecisse contra statutum. Si tenet Victoria supra,
num. 10. Manuel 2. tomo summe, cap. 94. num. 16.
Ledesma supra, & docti iuniores dicentes aliquos
vivos, & doctos contra hoc tenere.

6. Secunda conclusio. In extrema necessitate ab
intrinseco probabilis est non teneri edere carnes,
licet in secreto, & fini scandalo velci possent.
Probat, quia in tali casu ille naturaliter moritur
ex morbo, cuius ipse non est cauila, nec ipse cen-
seretur se occidere, sed tantum non prolongare vi-
tam comedendo carnes: non tenetur autem quis
prolongate vitam omnibus modis possibilibus;
ergo. Secundus, quia non tantum pro virtute,
sed etiam pro virtutis augmento potest quis expone-
re periculum vitam corporis: at augerit Carthusi-
ano virtus abstinentie abstinentia in tali casu, &
crebit bonus torus Religionis; & si in tali nec-
essitate id licet, sequeretur dissoluto Religionis,
& traheretur idem ad minores necessitates. Sic
Victoria num. 10. Ledesma supra, Petrus Sutor
ibi supra, & refert insigne miraculum ad id con-
firmandum: idem tenet Dionys. Carthus. in lau-
dibus sui Ordinis, Manuel supra, & communiter
docti.

7. Tertia conclusio. Carthusianos possunt in tali
necessitate edere carnes, quia non habent votum
non edendi, nec statutum obligans ad eulpam: at
poterent metiū puniri poena statuti. Unde si fe-
cissent votum talis abstinentia, & tenentes etiam
in tali necessitate abstinerent. Probat, quia votum
est de re licita, & bona; ergo obligat. Hec
clarè videtur esse contra Victoriam, & Ledesm.
ibi: dicunt enim possere edere carnes, & videntur
supponere habere votum non edendi carnes. Sed
nostram conclusionem teneant recentiores Magi-
sti: & quod non possunt, si faciunt votum, te-
nent Manuel supra.

Et notat Victoria num. 9. quod non tantum fe-
creò, sed etiam publice posset Carthusianus in
tali necessitate edere carnes, licet leuant aliqua
diffidatio huius abstinentie, & latè ibi probat.

8. Ultima conclusio: licet non possit emitte votum
de abstinentia à carnis præcisæ in extrema
necessitate; quia hoc non est res bona: at potest
quiuis particularis emittere votum de abstinentia
perpetua, & sic non edere carnes in tali necessitate;
quia abstinentia à carnis perpetua est bo-
num in modo secluso voto si quis proposuisset num-
quam comedere carnes ob bonum abstinentia,
posset in tali extrema necessitate non comedere,
vt patet ex dictis. Sic Victoria num. 10. Ledesma.
fol. 20.3. & sequenti, & prædicti iuniores: licet Ma-
nuel supra dicat quod persona priuata non tenetur
feruare tale votum, quia non est in bonum Reli-
gionis, & hoc idem Sylvest. votum, 2.9.13. Angel.
votum, 3. num. 21.

Tandem nota, quod quando aliqui absolu-
to videntur non edere carnes, vel non edere in tali die,
si contingat morbo labore, possunt edere; quia
communiter non intelligunt in tali necessitate, vt
dicam in materia de voto.

D V B I V M XXXV.

Vter peccet magis, qui in capite Quadragesime
vult nullam diem Quadragesime ieiunare,
re, an is, qui per singulos dies non vult
ieiunare.

Martinus de Magistris tenet illam generalem
volitionem esse peiorē, quam omnes il-
las particulas.

At verius est esse peiores illas 40. volitiones
particulares; quia sunt efficaciores, & intensio-
res. Sic Palac. 4. dist. 1.5. diff. 8. fol. 1.8. & quidam
docti iuniores. An vero sint necessari confundere
singulae volitiones, in mat. de Penitentia.

C A P V T II.

Circa obseruationem festorum.

S V M M A R I V M .

1. An præceptum sanctificandi festa sit positum, vel negatum, & quo iure inducit.
2. An hoc præcepto inobedire aliquis cultus interior Dei, ut peccatorum contrito, dilectio Dei, &c.
3. An hoc præceptum obligat nos ad non peccandum in die festo, & sic peccare in die festo sit cir-
cumstancia necessaria detegenda in confessione.
4. An obseruatio omnium festorum sit pars, ita ut
quævis causa sufficiens ad laborandum in uno
festo, sufficiat, ut laboreetur in reliquo.
5. Quai dies festi sunt ex præcepto obseruandi, & quis
positus est instituire.
6. Qualia sunt opera seruilia, que in festis prohiben-
tur, & in quo consistat esse seruilia, an scilicet
aliquid ad hoc conductus gravis, vel pretio
fieri.
7. An iter agere, sine equestrem, sine pedestrem,
fus sit in diebus festis, & bestias oneratas de-
ferre.
8. An sit licitum scribere in die festo.
9. An sit transcribere in die festo.

10. An tabellinibus, & coronis minimis fus sit in
diebus festis facere scripuras, & eas transcri-
bere.
11. An sit licitum in festis rationem facere, id est, dar-
y tornar cunctas.
12. An pingere si opus seruile, & illicitum in festis.
13. An moleste sit licitum in festis.
14. An venatio, & occupatio licet in festis.
15. An sit licitum pacisci in diebus festis.
16. An scribendum in Dominica, & festis tornan-
ta exerceri, & ieiunia, qui His, vocatur justas,
& alias similares.
17. An exercere ciuitatis ludos in Adventu, & Qua-
dragesima, si peccatum mortale.
18. An ratione necessitatis fuisse sit in diebus festis ser-
uilia exercere.
19. An sufficiens causa sit exercendi seruilia in festis
ceffatio magni lucri occurritis repente, &
transitory.
20. An ex Ecclesiæ dispensatione fus sit laborare in
festis.
21. An ex consuetudine excusenur à mortali barbi-
torum condentes barbam in festis, factores
persicentes aliquas vestes in festis, & factores
cum confidente calceo, Hispani delurari.
22. An ex eadu diuino ad quem ordinante, reddan-
tur lisita opera corporalia in festis.
23. An opera seruilia sunt licita in festis propter pi-
etatem, ut propter Ecclesiam, vel monachorum,
vel ad pauperes adest, vel ob possessionem, &
viacionem refectiōnem.
24. An propter opera seruilia sunt etiam alia prohibita
in festis.
25. Quid nomine mercati intelligatur.
26. An nomine mercati intelligatur etiam prohibe-
ris ab Ecclesia omnes negotiaciones, & locationes,
conductiones, & similes contractus.
27. Quid intelligatur nomine placit, & an licet
aliquando lies, & processus iudiciale in die
festo.
28. An licitum sit in die festo informare iudicem
cum Advocato, & procuratore.
29. Quonodo sit prohibitum in festis iudiciorum ad
mortem, & panam?
30. Qualiter prohibetur iuramentum in die festo.
31. An præceptum hoc sanctificandi festa obligat sub
peccato mortali.

D V B I V M L.

An præceptum sanctificandi festa sit positum,
vel negatum, & quo iure inducit.

1. It prima conclusio. Hoc præceptum est affirmatum. Probatur, quia Exod. 20. ponitur affirmatiōne, Me-
mento, ut dominus Sabatū sanctificet. Verum forma, & modus sanctifi-
candi subditur negatiōne, id est, non facies opus ser-
uile in eo. Sic D. Thom. 2.1.9.12. art. 4. Soto lib. 2.
de inst. 9.4. art. 4.
2. Secunda conclusio. Hoc præceptum partim est de iure naturali, & diuino, partim vero de iure
humano; nam quo ad hoc, quod est aliquis dies
diuino cultui deputare, est de iure naturali: nam
cum iure nature tenetur quilibet homo colere
Deum, inde est, quod iure nature tenetur aliquo
tempore ab aliis negotiis vacare, & huic muneri

se dedicare. Partim vero est de iure humano, scilicet
quod hoc, quod est hos, vel illos dies esse fe-
stos, & similiiter quod modum sanctificandi ab
Ecclesia statutum, scilicet audiendo Matutinum. Sic
D. Thomas 2.1.9.12. art. 4. ad 1. & corp. Caetan.
ibi, Couart. 4. var. cap. 19. a num. 1. usque ad 7.
inclusive. Corduba lib. 1. quest. 9.5. dub. 8. difficultate
2. D. Anton. 2. p. ut. 9. c. 7. in principio. Mar-
garita confessi. p. precepto fol. 70. Turcetrum de con-
fess. dist. 2. cap. 1. Archid. cap. ieiunia, de conser-
dist. 3. Maioris 3. dist. 27. q. 23. V Valentini de
sacramentalibus, cap. 14. Nauar. in omnibus summis,
c. 3. n. 1. Soto lib. supra. Metina C. de restitu. q.
30. Lud. Lopez in instrutorio conf. lib. 1. cap. 52.

Nota primò, quod haec conclusio est contra
alios dicentes diei Dominicæ festum diuino iu-
re esse institutum: & probatur ex cap. licei, de fe-
stiis, vbi habetur tam vetus, quam novum Testa-
mentum scriptum diuīni quieti depurare. Sic But-
tio, Anch. & Panorm. cap. 3. de seru. Angel.
verbo ferie, num. 3. Sylvest. verbo Dominga q. 1. dic-
cens esse communem sententiam. Sed multo pro-
babilior est nostra sententia; & dictum cap. 1.2.
tantum probat in utroque Testamento esse pra-
ceptum, non tamen quod sit iure diuino pra-
ceptum.

Secundo nota, non tantum esse præceptum di-
uinum & naturale de colendo Deo in aliquo tem-
pore indeterminato, sed etiam de aliquibus die-
bus festis instituendis ad diuinum cultum. Vnde
Ecclesia non posset dispensare, quod nullus sit dies
festius cultui diuino specialiter deputatus. Pro-
bat, quia præceptum diuinum vetus de sanctifi-
candis festis manet, modo quo ad morale, sed mora-
le est, quod sit aliquis dies dedicatus cultui diuino,
& id est conformatum iuri nature: quia male posset
alii hoc præceptum ab omnibus seruari: ergo.
Sic Couart. & Corduba. vbi supra.

D V B I V M II.

An hoc præcepto iubetur aliquis cultus inter-
ior Dei, ut peccatorum contrito, dilectio Dei, &c.

1. Prima tenet partem affirmantem. Proba-
tur: est præceptum affirmatum; ergo non tan-
tum obligat abstinendum ab operibus seruili-
bus, quia sic est negatiōnem. Sic Scotus 3. dist. 27.
& 37. Tabien. verbo charitas, num. 20. Angel. verbo
series, num. 4.
2. Secunda sententia, quæ ac certa est tenenda, est
negatiōnem. Probatur, quia finis præcepti non cadit
sub præcepto, ut optime D. Thom. 1. 2. 9. 100.
an. 9. sed talis cultus internus est finis huius præ-
cepti: ergo. Sic D. Thom. 2.1.9.12. art. 4. Caetan.
ibi, & in summa verbo festorum violatio, & verbo con-
trario, Soto lib. 1. de inst. 9.4. art. 4. Ludovic. Lopez
in instru. conf. lib. 1. cap. 52. Pacz. cap. Missa,
de confec. dist. 1. num. 8.9. Corduba. lib. 1. quest. 9.5.
dub. 8. difficultate 3. Couart. lib. 4. var. cap. 19. num. 1. &
cap. admiss. mater. 1. p. 5. num. 3. Nauar. cap. 1. 3. num. 2.
& 17. Sylvest. verbo, Dominga, q. 6. Armill. verbo
festum, num. 12. & 26. D. Anton. 2. p. 11. 9. cap. 7. 1. 4.
Alcozer in summa, cap. 17. Pedraza 3. præcepto. Mar-
garita confessi. 3. præcepto fol. 6.8.
3. Ad argumentum responderetur, præceptum hoc
est

esse de festo sacrificando, quod possumus quid est, at modum esse abstinendo ab operibus servilibus.

D V B I V M III.

An hoc preceptum obliget nos ad non peccandum in die festo, & sic peccare die festo sit circumstantia necessaria detegenda in confessione.

D V PLEX EST SENTENTIA.

Prima affirmata. Ratio, quia facit peccans in die festo iniuriam temporis sacro, & sic est factius. Sic Alesius p. quæst. 32. membra 5. art. 2. Lyra super illud Exodi 2. c. Sex diebus operari, & in illud Matthei 12. si licet Sabbathum invare, Abulensis quæst. 11. Exodi, in fine, & quæst. 12. Angel. verbo feria, num. 36. & verbo, interrogatio, precepto 3. & verbo preceptum, num. 5. Turrect. cap. 1. de consecratis, dist. 3. num. 4. & cap. peruenit, num. 4. Maior. 4. dist. 17. quæst. 4. Adrianus 4. mater de confessio, quæst. 11. Nider. in precepto 3. Cord. lib. 1. quæst. 9. 6. D. Bonau. 3. dist. 37. in glossa super literam Magistri, §. 6. & 7. Albertus Magnus 3. dist. 37. D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 7. Gerlon alphas. 31. litera T. Scotus 3. dist. 37. Gabt. 4. dist. 17. quæst. 1. conclu. 4. Metina C. de confessione, quæst. de circumstantia loci, & temporis. Rofel. verbo feria, num. 6. Catherinus lib. 5. contra Caet. & hanc dicit tuorium Petrus Sotus mater, de confessione, lecit. 9. fuit. D. Thomas. 2. 2. quæst. 12. art. 4. ad 3. vbi cum D. August. dicit eum facere contra hoc preceptum, qui die festo peccat.

Secunda sententia multo probabilius est negativa: & ita licet peccare in die festo aliquantulum culpam augerat, non tamen mutat speciem, nec ita notabiliter auger, vt circumstantia hæc sit necessariò detegenda in confessione. Probatur, quia quodcumque preceptum Decalogi datu in lenu proprio, & non in metaphorico; quia more hominum debent instrui in lenu proprio, & claro: sed peccatum non est opus seruile, nisi proprie, & metaphorico; ergo dum hoc precepto prohibetur opus seruile, non intelligitur peccatum. Secundum, quia finis precepti non cadit sub precepto. Hanc tenent Almain 4. dist. 17. quæst. 1. Caet. 1. 2. 9. 7. art. 1. & 2. quæst. 12. art. 4. & in summa verbo, festorum violatio, Sotus lib. 2. de inf. quæst. 4. art. 4. & 4. dist. 17. quæst. 2. art. 4. Nauar. in summa, cap. 6. num. 9. & cap. confitent. in principio, de penit. dist. 5. num. 22. Sylu. in ref. avea & questionibus imperientibus, quæst. 6. 2. & in summa confit. 1. 8. 10. & verbo circumstantia, §. 3. verbo, Dominica, quæst. 6. Conar. lib. 4. var. cap. 19. num. 11. & cap. alma mater, 1. p. 5. 5. num. 2. Alcozer summa, cap. 17. Pedraza 3. precepto. Petrus in Borgone lib. concordant. dub. 34. Margarita confit. fol. 39. Armil. verbo, festum, n. 12. Tab. verbo circumstantia, num. 1. Cano de parmi p. 5. fol. 104. Isolophilus Angles floribus quæst. isoleg. 1. p. mat. de confess. fol. 270. Ludou. Lopez de instruc. confessio, lib. 1. cap. 35. Manuel 1. sono summa, 2. editione, cap. 53. num. 12. Henriquez lib. 5. de penit. cap. 6. num. 6. Metina lib. 1. summa, cap. 9. 5. 2. fol. 27. Cardinal Toletus in sua summa, & facit maximè D. Thomas 3. dist. 37. quæst. 1. art. 5. questione 2. ad 2. Nec in 2. 2. voluit oppositum; intellexit enim facere contra hoc preceptum, id est, contra finem

ipius, qui sub precepto non cadit, non tamen contra substantiam precepti.

Nota, quod Metina, Manuel, & Ludou. Lopez 3. limitant hanc sententiam, dicentes esse circumstantiam temporis necessario confitendam, quando peccatum enorme committeretur in die maxime solemnissima, vt in die Veneris sancti, vel dum imponit punitentia. Sed hæc limitatio minus vera est: & sic vniuersaliter est tenendum cum aliis Doctoribus citatis. Ita tenet Henriquez ibi.

D V B I V M IV.

An obseruatio omnium festorum sit par, ita ut quisca causa sufficiens ad laborandum in uno festo, sufficiat, ut laboretur in reliquo.

Respondeatur negatiuè; sed esse quædam festa, in quibus maior exigitur causatum quia propinquius accedunt ad ius diuinum, vt dies Domini: tum quia solemnia longè sunt, & ita stiriori iure precipituntur obseruari. Sic Monaldus, quem refert, ac sequitur Nauar. in omnibus summis, cap. 13. num. 10. Ludou. Lopez instruct. conscientia, lib. 1. cap. 5. 2. Idem docent plures alij alferentes licere causam pietatis laborare in festis, dempus Dominicis, & quatuor Paschatis: arce ita expresse sentiuntur haec festa maiorem exigere causam. Hi sunt Turrect. cap. peruenit, de consecrat. dist. 3. num. 7. Abulensis cap. 12. Exodi, quæst. 41. Palacios in summa, verbo festum, Sylu. verbo Dominica, quæst. 5. conclusio 3. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. & ultimo, in fine, Margarita confessio, tertio precepto, fol. 72.

D V B I V M V.

Qui dies festi sint ex precepto obseruandi, & quis possit eos instituere.

Ita prima conclusio, in unoquoque loco seruandi sunt i) dies festi, & eo modo, & tantum, quos & quomodo, & quantum confitendum ipsius præcipit obseruari. Ratio, quia cum festa sint iure humano introducta, & consuetudo legitime prescripta vim habeat legis & legi ipsi deroger, inde est, vt hac in re standam sit confutitudini. Hæc est omnium, & speciūliter Nauar. cap. 1. 3. num. 5. Nota plura esse festa iure communis inducta, que recentur omnes summissæ, ex quibus aliqua consuetudine non seruantur, alia vero sunt introducta ex consuetudine, que tamen non sunt in iure.

Secundum nota, quod Nauar. cap. 1. 3. num. 15. reprecepit. Eugenius I V. Ut habetur in compendio priuilegi. fol. 69. ordinali, vt laici, qui operarentur in festis sanctæ Crucis, & sancti Michaëlis mensis Septembri, & Sanctorum Innocentium, & sancti Syluestri (hæc enim iure communis sunt festa) non peccent mortaliter, nisi hi dies incident in Dominica. Et hoc est notandum; quia deferunt potest multum pro his, qui laborant in vindemia in die sancti Michaëlis. Sic docti iuniores.

Tertiæ nota, quod Syluest. verbo, Dominica, q. 1. & 2. cum teneat diem Dominicam esse de iure diuino, tenet non posse in talibus diebus consuetudinem

Lib. V. Cap. II. Dub. VI.

135

tudinem aliquid facere, v.g. vt fint minus quam viginti quatuor horæ. Sed hoc est minus verum, cum fundatum eius supradicatum.

Quarto nota, quod in his partibus Hispania coniunctu habet, vt festa omnia, & Domini: ex, quo ad cœlestionem ab operibus seruilibus celebrentur à media nocte, usque ad medianum noctem. Courti. 4. verbo, cap. 1. num. 9. fine, Nauar. cap. 13. n. 5. & 8. & nonnulli docti recitatores. Unde minus bene Pedraza in summa in 3. precepto, dicit quod in Hispania ex generali confutitudine inclinetur in vespere diei praecedens festa: scilicet enim, quod in Hispania detur talis confutudo.

Secunda conclusio. Instituire festa pertinet ad Ecclesiæ, & ad summum Pontificem. Episcopus etiam cum Clero potest instituire festa Sanctorum alias ab Ecclesiæ canonizatorum: & hoc pro sua tantum diocesi, idque consciente populo. Sic habetur cap. pronunciatio de festis, dist. 5. & cap. conquisitio de festis. Ratio, quia licet in spestantibus ad Episcopii iurisdictionem potest ipsi folium Capitulo: at fecis est in his, in quibus vertitur inter se aliorum. Sic Panorm. conquisitus, de feriis, num. 4. Innoc. cap. licet, codex tit. Archid. cap. 1. de consecrat. dist. 3. Federicus, quem refert, ac sequitur Syluest. verbo Dominica, q. 1. Palacios lib. 2. de contrariis, cap. 2. Angel. verbo feria, num. 5. Rosel. lib. 3. num. 5. Aramil. verbo festum, num. 5. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. in principio & 3. pati. 2. 2. cap. 5. 5. dicit idem requiri, vi. Episcopus potest tali Sancto vigiliū depurare. Tab. verbo feria, num. 9. licet. Paçz. cap. Missa de consecrat. dist. 1. num. 2. dicat satis esse ad festa instituenda Episcopum cum Capitulo. Quod procedere potest, quando Episcopus instituerit festum, & populus abique causa iusta contradicere, tunc enim tali contradictione non obstante est seruandum festum. Sic Panor. Rosel. Tabien. Aramil.

Tertia conclusio. Dominus temporalis, vel ciuitas nequit festa instituere, quia hoc est potestatus Ecclesiæ. Quare si præcipit aliquis dies festos obseruari sive aliquia pena, penam à violatoribus potest exigere, sed culpam non incurrit: nec tenebuntur fideles av. sive sacram. Sic D. Anton. §. 1. Aramil. n. 2. Syluest. verbo Dominica, paulo post principium Tabien. verbo feria, in principio. Rofel. verbo statuum, num. 6. Paçz. lib. supra n. 2. & docti iuniores.

Quarta conclusio. Scholastici non tenentur audire Missam, & possunt seruilia exercere in festis institutis in viuenteributis pro ipsi: quia tantum intelliguntur instituta, vt cœlestes legiones publicæ viuenteributis: & sic habet consuetudo timoratorum Salmanticæ, & in aliis viuenteributis, & tenet Alcozer in summa, cap. 27. & docti iuniores.

Quinto infertur eadem ratione excusari, qui diebus festis picturas retractant: non vt pingant, sed vt discant. Ratio, quia hoc non est exercitatio operis mechanici, sed potius actus spiritualis discipline ordinatus ad discendum. Sic Syluest. verbo Dominica, q. 5. Angel. verbo feria, num. 31. Tabien, num. 40. Rofel. num. 13. Aramil. Caet. in summa, vbi supra, & alii.

Nota hoc habere verum licet retractans imaginades ad discendum consequenter inde habent lucrum vendendo opus illud, quia intentio lucri non facit esse illicitum. Sic Syluest. Angel. Rofel. & docti iuniores. Unde possunt addicentes hanc Th. Sanchez Conf. moral. Tom. II.

M. 2. artem,

artem; Hispano los apredizes, se exercere pinguendo ad addiscendum, Hispani, debyas, & vendere id, quod sic faciunt. Item potest quis in die festo transiumptrum informations facere, vel aliquid simile transcribere ad addiscendum sylrum Curie; quia addiscit ad obtinendum officium, & eo viuere: & potest similiiter vendere transiumptrum, quae facit. Item potest quis librum transcribere addiscendam elegantiam verborum, & illud transiumptrum vendere, & ex illo viuere. Sic docti iuniores.

10 Tertia conclusio. Fas est in festis exercere illa opera, quae sunt communia liberis, & seruis, dummodo sub aliqua ratione non trahantur ad seruitatem. Probatur, quia in festis sola opera seruilia sunt prohibitas, sed haec non sunt seruilia, sed communia liberis, & seruis; ergo. Sic Caet. 2. 2. ubi *sapta*, & docti iuniores. Quod amplius per aliquot dubia sequentia declarabitur.

11 Quarta conclusio: omni opus, quod est licitum in die festo, vel ex fe, vel propter necessitatem, vel propter conseruandam, vel propter alienam quamcumque causam, erit etiam licitum, licet fiat principalius propter lucrum. Hanc tenent plures contra alios, vt lateb. 8. sequenti. Sic etiam docti iuniores.

12 Tandem nota, quod obseruatio festorum in noua lege non est ita arcta, sicut erat olim lego veteri: fed quadam opera conceduntur in noua lege diebus festi, quae in lege veteri prohibebantur die Sabbati: vt decotio ciborum, &c. & facilius dispensatur in noua lege in operibus prohibitis, propter necessitatim, quam in veteri: cuius rationem subdit D.Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 4. quia obseruatio Sabbati in veteri lege erat figurativa, & cum figura pertineat ad prorogationem veritatis, non debet, nec in modo deficere, vt ad viuum reprezentet illam cessationem Dei a mundi fabrica.

D V B I V M VII.

An iter agere, siue equestrem, siue pedestrem, fas sit in diebus festi, & bestias oneratas deferre.

T

Prima docet esse peccatum mortale iter agere, etiam si recreandi animi gratia fiat, si iter viuus leuca saltim sit. Sic Abulensis cap. 12. *Exodi*, quast. 24. 25.

2 Secunda sententia docet non esse prohibitum iter agere, nisi magna cum fatigacione fiat. Sic Sylvest. verbo *Dominica*, quast. 3. Tabie. verbo *feria*, num. 2. Angel. ibi, num. 15. Margarita confess. 3. *praecepto*, fol. 70.

3 Tertia sententia docet. Licere iter agere: tum quia opus indifferens est commune liberis, & seruis, & sola seruilia prohibentur: tum quia consuetudo visa, & tolerata a Praelatis sic habet. Sic tenet Maioris 3. dis. 37. Astenfis, & Rofelphus, quos refert, & sequitur Rofella verbo *feria*, n. 20. & 26. Sotus lib. 2. de iust. quast. 4. art. 4. vers. *tertio*, *Armill. verbo*, *feria*, n. 3. 14. Alcozer *summa*, cap. 17. Nauar. Lat. & Hisp. cap. 1. num. 6. Caet. 2. 2. quast. 122. art. 4. vers. in *tertio casu*; & vers. in *edem art. 4. & in summa verbo feria*, §. de *violatione* autem. & §. quodam vero, & docti iuniores. Sit

Prima conclusio. Hac tertia sententia est probabilior. Patet ex rationibus, & Doctribus citatis.

Hinc fit excusari curtores, siue pedestres, siue equites, tum ex necessitate publica, quia oportet hos esse, & sapere necesse est, non differatur iter; nec ad ipsos spectat quarture quanta, & quantum sit eundi necessitas: nec hoc est confutetur ratione. Item, quia consuetudo iter agendi scita, & approbata a Praelatis hos exculpat. Sic Caet. *summa*, d. 5. de *violatione*, & praedicti iuniores.

Secundo infertur licitam esse operam muli-
num deferentium mulis lectum, & cetera ad iter
necessaria: cum enim iter licitum sit, licet etiam
ea, quae ad iter necessaria sunt, deferre, cum haec
per accidens fiant propter iter. Sic Nauar. ibi,
Caet. ubi *sapta*, 2. 2. & aliij.

Secunda conclusio. Deferre diebus festi ligna, & mercimonia, vel quaevis alia onera bobus, vel quibusvis bestiis, est illicitum, & seruile. Sylvest. verbo, *Dominica*, quast. 3. Margarita 3. *praecepto*, fol. 70. Nauar. Lat. & Hisp. cap. 1. num. 6. & 13. D.Anton. 2. p. tii. cap. 7. §. 4. Caet. dicto art. 4. vers. his igitur expeditus. Rofella verbo *feria*, n. 22. & quidam docti iuniores.

Nota conclusionem intelligi, si hi die festo 8
incipiant iter; si enim iter incepimus die festo per-
gant, excusantur a culpa propter expensam ita-
turam. Sic Nauar. Caet. ibi, Margarita ibi fol.
72. Sylvest. ibi quast. 5. concl. 4. & praefaci recentiores.

Secundum nota, quod de muliobus, qui habent 9
hoc ex officio, quia concurrent videtur aliqua ne-
cessitas, & utilitas reipublice, vt hi defert varia
onera in variis partibus regni, ex ipsa confunditu-
ne cum aliqua necessitate reipublicae est licita in-
choatio vectura: at in vectura particulari homini-
nis non. Sic quidam iuniores docti; & mihi pla-
cer, licet contrarium aliqui teneant, scilicet nec in
muliobus licere.

Hinc fit non excusari, qui vespere diei feriatae, 10
id est, la *vespera de la feria*, mittunt bestias, & se-
quenti die oneratae veniant, nisi necessitas excusat,
vt si deuenienda sint necessaria ad eundem diem,
scilicet sequentem, que non potuerunt ante de-
uehi. Sic Nauar. & Rofella, ubi *sapta*, & aliij.

Vltima conclusio. Defense bestiarum non onera-
tas diebus feriatis, est illicitum, quia est idem, quod
iter agere. Nauar. ubi *sapta*. Caet. 2. 2. ubi *sapta*, & docti iuniores.

D V B I V M VIII.

An sit licitum scribere in die festo.

A Liqui tenent id non licere, si ob pretium 1
fiat.

Sit tamen conclusio: licitum est in die festo 2
scribere ad docendum, vel discendum, vel ad ma-
nifestandum conceptus absenti, vt fit per epistles.
Probatur, quia scribere non est actus seruile,
sed est communis liberis, & seruis: vnde &
Reges non dedecet scribere. Item, quia quando
quis scribit ad discendum, vel ad docendum, talis
scriptio ordinatur ad finem spiritualem, scilicet
ad illuminandum mentem, vel ad memoriam ad-
miniculum. Item, quia scribere epistles, est quasi
opus quoddam locutionis; ita quod locutio quasi
diuidatur

Lib. V. Cap. II. Dub. IX.

137

diuidatur in locutionem successivam, qua scilicet
fit labii, & permanentem, qua fit scriptura ergo.
Sic Nauar. in omnibus summis, cap. 1. num. 14. Lu-
douic. Lopez in *infructi*, *conscientia*, lib. 1. cap. 52.
Sorus lib. 2. de iust. q. 4. art. 4. ad 3. Metina lib. 1.
summa, cap. 1. §. 8. Sylvest. verbo, *Dominica*, quast. 5.
particula 6. Caetan. 2. 2. quest. 122. art. 4. & in
summa, verbo *festorum violatio*, Armil. *verbo festum*,
num. 1. Alcozer *summa*, cap. 17. Pedraza 3. *pre-
cepto*. Margarita confess. 3. *praecepto*, fol. 70.

3 Hinc infertur primò licere scribere, etiam si pre-
tio fiat. Rati, quia scribere est opus liberale,

vt bene docet Caetan. & Armil. ubi *sapta*: at spes
lucis non reddit seruile, vt dixi dub. 6. Sic Nauar.
Metina, Ludouic. Lopez, & docti iuniores.

4 Secundò infertur fas esse cuiuslibet, siue Theolo-
go, siue Medico, siue Iurisperito, in die festo scri-
bere lectiones pralegendas, vel conciones habé-
das ad populum etiam per alium ministrum, qui ei
scribat dicto sibi pretio. Ratio, quia hoc est adiu-
vare alterum ad opus spirituale, & liberum, &
licitum, scilicet studium. Sic colligitur ex Na-
uari. Ludouic. Lopez, & Metina, & tenent docti re-
centiores.

5 Tertiò infertur posse causidicos in die festo vi
scribentibus, qui eis scribant iuris informations,
quasi ipsi ordinant, etiam si pretio eas scribant. siue
possent ipsi scribere. Ratio, quia hoc est adiu-
vare ad studium, & ad informandum, & instruendu-
m iudicem de veritate: quod est opus spirituale.
Sic docti iuniores.

6 Quartò infertur licere Procuratoribus, & Rela-
toribus die festo processum in compendium degre-
dere, etiam vendo ministro, quem ad id habent
pretio conductum, vt scribat. Ratio, quia hoc est
pars studij, & ordinatur ad loquendum, & ad
referendum coram auditoribus, & ipsis instrumen-
dum; & minister adiuuat ad id. Sic colligitur ex
dictis.

7 Quintò infertur fas esse Magistris, qui docen-
tibet pueros, facere in die festo exemplaria suis
discipulis, qui per illos docentur scribere, etiam si
pro illos premium a discipulis accipiant, quia or-
dinantur ad opus spirituale, scilicet instruendu-
m pueros. Sic docti recentiores.

D V B I V M IX.

An fas sit transcribere in die festo.

T

Riplex est sententia. Prima absolutè id dannat, dicens esse opus
seruile. Probatur, qui transcribere est opus me-
chanicum, vt pingere, vel facere statuam, vel
imprimere, quia scriberem ilium aliud est, quam for-
mare characteres ad extra: secundum tenorem

exemplaris, à quo transcribitur. Nec obstat, quod
transcribere est medium ordinatum ad finem spi-
ritualem, scilicet in adiutorium speculationis, &
studij, quia de se, & immediate solum ordinatur
ad formandos characteres ad extra: at ordinatur ad
finem illum spirituale studij, quod non facit
opus esse liberaliter, vt patet de impressione, quia ma-
nifeste est opus seruile, & tamen ordinatur etiam
mediante ad adiutorium studij. Hanc tenet Caetan.
2. 2. q. 122. art. 4. vers. ad secundum dubium. Sylvest.
verbo, *Dominica*, q. 5. concl. 5. Margar. confess. 3.
praecepto, fol. 70. Pedraza 3. *praecepto*.

Th Sanchez Confil. moral. Tom. II.

Secunda sententia docet fas esse transcribere 1
festis. Probatur: quia spes lucis mutat natu-
ram operis, sed gratis transcribere communiter ap-
probatur; ergo etiam transcribere ob precium.

Item quia est medium ordinatum ad finem spi-
ritualem, scilicet in adiutorium speculationis, &
studij. Sic Metina, addens expresse, licet fiat ob
precium; & sic posse sine scrupulo practicari, lib.
1. *summa*, cap. 14. §. 8. & idem Ludouic. Lopez in
infructi, *confi.* lib. 1. cap. 52. & Henriquez collitus
de hac re, & quidam recentiores docti.

Tertia sententia docet, quod transcribere potest 3
accipi dupliciter; vno modo pro transcriptione,
qua sit immediata, vel ad docendum, vel ad di-
cendum, vel ad confundendum, vel ad explican-
dos conceptus proprios absentibus, vel ad aliquid
huiusmodi spirituale, & liberum tanquam ad finem
immediatum: & hoc modo est liberale, & li-
citem, siue potest, siue per alium fiat: vt, potest
scholasticus in die festo transcribere per se, vel
per alium lectionem dictatam à Magistro, & trans-
cribere conciones per se, vel per alium, dummodo
hoc fiat immediata ad predictum finem spi-
ritualem. Probatur, quia transcribere hoc modo
est sicut scribere ad eundem finem, quod dixi *dub.*
praecepto. licere. Item, quia ordinatur immediata ad
finem spiritualem ergo est liberum. Altero modo
potest sumi transcribere, non ut ordinatur imme-
diata ad finem spiritualem docendi, vel discendi,
& sed pro transcriptione, qua sit immediata ad
acquirendum lucrum: quo pacto solent transcri-
bere tabelliones aliquae instrumenta, & aliqui
scholasticci pauperes solent transcribere alios fer-
mones hoc fine: & hoc modo est illicitum, & ser-
uile. Ratio, quia est quidam labor manuum ordi-
natim immediata ad lucrum temporale, & ad vi-
litudinem, & sustentationem corporis, non secus ac
alia officia mechanica. Hanc tenet Sotus lib. 1.
de iust. quast. 4. art. 4. verbo *feria*, ubi hæc dicit, flat:
mercede transcribere, vel alio modo calamo me-
diante scribere, & Nauar. in omnibus summis
cap. 1. num. 14. vbi dicit esse seruile transcribere
ob lucrum: idem temere valde docti recentio-
res Magistri.

Sit conclusio. Hac tertia sententia est proba-
bilior: & ad argumentum secundum sententia,
quod maximè virga, respondeatur, quod transcri-
bere hoc secundo modo non damnatur à nobis
præcisè ex eo quod transcribatur gratia lucis, sed
ex eo quod non sit immediata propter finem libe-
rum, & spiritualem, sed tanquam ex officio ad
finem corporalis sustentationis, sicut alia officia
mechanica. Et licet hæc solutio metaphoricè non
omnino satisfaciat, tamen fiat est in re morali, vt
arbitrio prudentium transcribere hoc modo iudi-
cetur opus seruile.

Nota tamen, quod secunda sententia assens
licet transcribere luci gratia, est satis probabilis,
& tunc amplecti potest in hoc casu, scilicet quando
transcribere illud proxime ordinatur ad stu-
dium: sicut enim postum lectionem, quam au-
dio, per me transcribere, ita licet transcribere per
alium dato ei pretio; qui hoc est mortaliter me
adiuware ad studium, & sic opus liberum. Item,
quia si est mihi fas ad discendum transcribere qua-
tertiom lectionem, vel concionem, & pete-
re ab amico, vt gratis mihi transcribat, cur non
licebit id facere ob eundem finem per alium
pretio

M 3

pretio sibi soluto. Et confirmatur, quia ille adiuuat me ad finem spiritualium studiij, quem ego intendo, sicut alius: ergo. Et confirmatur amplius, quia licitum est petere ab aliquo, ut soluto pretio mihi transferat bonis characteribus id, quod ex incis studiis ego malis characteribus scripsi, vt id postea melius legam, quia illud opus de se, & immediatè ordinatur ad studium, & est me iuuare ad studendum, idque faciunt se p̄ vii viri docti, quando volunt imprimere; ergo, &c.

6 Tandem ex dictis inferatur, quod transcribere ex officio, & propter lucrum libros, in quibus cantus figuratus describatur, vel privilegia, & alias eiusmodi scripturas, est illicitum in die festo, & seruile. Sit tenet Doctores prima, & tertiae opinionis: & credo quod non negabunt autores secunda; immò Doctor Henriquez hoc tenet expressè; quia hoc transcribere non ordinatur ad studium. Similiter est illicitum in die festo illuminare libros, aut literas; quia hoc est opus seruile, sicut pingere. Doctor Henriquez, & alii.

D V B I V M X.

An tabellonibus, & eorum ministris fas sit in diebus festis facere scripturas, & eas transcribere.

D V PLEX EST SENTENTIA.

Prima dicit esse illicitum, & seruile. Sic Syluest, verbo Dominica, queſt. 3, & videetur tenere D. Anton. 2. p. tti. 9. cap. 7. §. ultimo; vbi tantum hoc concedit licere vbi est consuetudo: & Cardin. Toletus videatur eiusdem sententia, quia tantum illis concedit facere testamenta propter necessitatem.

2 Secunda sententia, quæ probabilior est, & tendens, docet Notarios, & tabellones possit licere scribere in festo instrumenta de iis rebus, & contractibus, qui licet sunt in festis, etiam si faciant principaliter propter lucrum. Probatur, quia si illa opera, seu contractus sunt licita in festis; ergo tabellio potest facere scripturas facientem fidem de illis rebus, quia scribere de se non est opus seruile, vt dix supra dub. 8. & confirmatur, quia alias fructu est licitum opus illud, seu contractus in die festo: nam cum sine scriptura nil maneat factum, quod firmum sit, si scriptura non posset fieri fructu, posset fieri contractus: cum enim conceditur principale, conceditur subinde accessio. Hanc tenet Nauar. in omnibus summis, cap. 13. num. 14. Ludouic. Lopez in instru. confi. lib. 1. cap. 52. §. licet etiam scribere, & docti iuniores.

3 Hinc inferatur licere scribis facere testamenta, etiam eorum, qui sunt fani, in die festo: & omnes alij contractus, qui possunt fieri licet in die festo, possunt etiam fieri auctoritate tabellonis: vt vbi contractus emptionis, & venditionis est licetus, vt in mundinis, &c. iuxta dicenda infra, potest scriba testimonium ferre, & facere scripturas, seu instrumenta necessaria rerum, que ibi contingunt, ut communiter fit, idque licet. Similiter potest tabellio in die festo facere scripturam donationis, renunciations, instrumentum soluti debiti, vel scripturam obligationis illud soluendi, & instrumentum, in quo datur facultas ad exigenda debita; non autem ad lites. Ratio, quia omnia haec licet sunt in festis: & sic iuxta regulam possumus

à Nauaro licet facere scripturam de illis. Sic docti iuniores.

Nota tamen, quod quamvis hoc licitum sit, melius tamē erit, quod in festo solum scribatur confessus faciens scripturam, Hispanè, que foliamente se evocat, & alia die impleatur scriptura ex omnibus alijs, quae contineat lolet, idque quando scriptura sunt tales, ut absque inconvenienti hoc fieri possit: nam scriptio confessus est res ita breuis, vt quamvis fuerit illicita in die festo, est tantum peccatum veniale ratione parvutatis materiae. Sic predicti iuniores.

Secundò nota, quod non erit licitum tabellioni, vel eius ministro in die festo transcribere huiusmodi scripturas ex exemplaribus, vt illas partibus dent, etiam si gratia pro amico, vel consanguineo, quia hoc iam reputatur opus seruile, & non est necessarium ad perfectionem contritus. Sic docti recentiores. Immò nec Religioso fas est transcribere huiusmodi scripturas suæ Religioni; quia censetur opus seruile. Sic idem.

Hinc inferatur multo minus licere tabellioni, vel eius ministro in die festo transcribere processus, vel privilegia, vel alia eiusmodi: nec licere illis in festis implere chartas, quas relinquunt albas in scripturis, quas faciunt in diebus profestis. Sic Cardin. Toletus, & alii.

D V B I V M XI.

An sit licitum in festis rationem facere, Hisp. dar, y tomar cuentas.

D V PLEX EST SENTENTIA.

Prima dicit esse illicitum, & seruile. Sic 1 Syluest, verbo Dominica, queſt. 3. D. Anton. 2. p. tti. 9. cap. 7. §. ultimo. Abul. cap. 12. Exodi, queſt. 26. Tabie. verbo feria, num. 39. Angel. num. 31. Margarita 3. precepto, fol. 7. Medina lib. 1. summa, cap. 16. §. 9. & Henriquez.

Secunda sententia dicit esse licitum facere, & retribuire rationes dati, & accepti, sive ordinatias, sive extraordinarias, quamvis totum diem festum in hoc infumat, & licet fieri mercator: immo efficit licitum illis ex delititia charta in principalem dicere transire. Et idem potest facere Procurator Religiosus transferendo rationes dati, & accepti in liberum principale in die festo. Ratio, quia id non faciunt ob premium, nec hoc est speciale officium suum, & sic non est opus seruile. Sic tenent docti recentiores, qui addunt ita præficiari fine scriptulō inter Religiosos timoratos. Et haec sententia est probabilior.

Nota tamen, quod si quis haberet officium in republica faciendi has rationes pretio sibi dato, videtur quod iam verget hoc in opus aliquo modo seruile, & sic illicitum in festis: & forsan posset idem dici de iis, qui ex officio habent predicta facere, aut bonorum partitiones, Hispanè Partijas.

D V B I V M XII.

An pingere est opus seruile, & illicitum in festis.

M Etina. lib. 1. summa, cap. 14. §. 8. fine, quem sequitur Ludouic. Lopez in instru. confi. lib. 1.

cap. 52.

Etiam sicut etiam sicut

Lib. V. Cap. II. Dub. XIII.&c. 139

cap. 52. dicit pingere esse opus liberum, & recreationis gratia posse quem pingere diebus festis; si tamen causa lucri faciat, esse opus seruile, & illicitum.

2 Sit tamen conclusio. Pingere de se est opus seruile, sicut facere statuum, & decolorare libros, vel literas, Hispanè, illuminar. Sic Cajetan. 2. 2. queſt. 122. art. 4. colum. 3. in medio, ad 2. dubium. Pedraza summa 3. precepto, & communiter docti recentiores Magistri.

3 Hinc fit, non licet pingere in festis recreationis gratia, sicut non licet leprosi facere imaginem Crucifixi ex ligno sculptam recreationis gratia: nec pictori licet in festis pingere imaginem ad donandum: nec pictori Religioso licet in festis pingere, etiam sius convenienti; licet prima opinio non omnino carere probatione videatur, preferim pro aliquo vice, dummodo non multum extenderatur. Sic docti iuniores.

D V B I V M XIII.

An molere sit licitum in festis.

A Bul. cap. 12. Exodi, q. 38. videtur omnino id reprobare tanquam illicitum.

2 Sit tamen conclusio. Licitum est in festis molere mola trufallii, id est, de vieno, vel aquaria, id est, de aqua, non tamen in pistriño, id est, atabana; quia hoc habet magnum occupationem, & laborem, illud vero minimè. Sic Nauar. in omnibus summis, cap. 13. num. 9. Palacios verbo festorum violatio. Rosella verbo feria, num. 9. Ludouicus Lopez in instru. confi. lib. 1. cap. 52. & innuit D. Anton. 2. p. tti. 9. cap. 7. §. ultimo; & tenent docti recentiores. Unde ex consequenti licet in festo tritum in molendinum deferre. Sic docti iuniores.

D V B I V M XIV.

An venatio, & aucupatio licet in festis.

D V PLEX EST SENTENTIA.

Prima dicit licere venationem in festis, si recreationis gratia fiat, scilicet si causa lucri. Sic Syluest, verbo Dominica, q. 5. conclusio. Rosel. verbo ferie, num. 11. Angel. ibi num. 2.6. Margarita 3. precepto, fol. 7.3. Faust Cajetan. 2. 2. q. 122. art. 4. & Sotus lib. 2. de iust. q. 4. art. 4. ad 3. vbi dicit licere venari recreationis gratia. Immò Abul. cap. 12. Exodi, q. 24. dicit esse mortale venari causa recreationis, nisi modico tempore.

2 Secunda sententia docet licere etiam causa lucri, & ex officio. Ratio, quia non est opus seruile, sed commune liberis, & seruis, & spes lucri nil confort, vt supra dictum est. Hanc tenet Metiv. lib. 1. summa, cap. 14. §. 8. fine, Ludouic. Lopez in instru. confi. lib. 1. cap. 52. Toletus in summa, lib. 4. cap. 24. Nauar. in omnibus summis, cap. 13. n. 11. Palacios in summa, verbo festorum violatio. Faust etiam Sotus lib. 2. de iust. q. 4. art. 4. sub finem, vers. at vero; & tenent docti recentiores, & haec sententia est probabilior.

3 Nota, idem, quod dicitur de venatione, dicendum est de aucupatione, propter eandem rationem: licet haec sit magis publica, & fiat cum maiori occupatione. Sic docti iuniores: licet Syluest. vbi supra dicat, licere tantum re-

creationis gratia, secus causam lucri; sicut de venatione dixerat.

D V B I V M XV.

An sit licitum piscari in diebus festis.

D V PLEX EST SENTENTIA.

Prima dicit causa recreationis esse licet, non tamen principaliter propter lucrum. Probatur ex capit. de feris, vbi Ecclesia dispensat, vt si in festis piscari halencia, eo quod certantum anni tempore apparent: sed exceptio firmat regulam in contrarium; ergo: alia non est opus dispensatione. Sic Syluest. verbo Dominica, queſt. 5. conclusio. & verbo pescari, & verbo ludus, q. 2. part. 7. Armil. verbo festum, num. 20. & verbo pescari, num. 1. Tabien. verbo, pescari, & aliqui docti iuniores.

Secunda sententia docet licere etiam causa lucri. Ratio, quia si est opus seruile, non licet etiam gratia recreationis: si est liberale, aut commune, licet etiam gratia lucri, vt dix dub. præcedens, de venatione. Hanc tenet Palacios in summa, verbo festorum violatio: & credo esse verorem, vbi piscatio habet paruum occupationem, vt arundine piscari. Et ita concludit quidam valde doctus recentior in suis scriptis, vbi hac dicit: Non videtur condannandus, qui tota die festi, audita Missa, arundine piscaretur, etiam si id faceret omnino propter lucrum, quia est parua occupatione, & id admisit consuetudo: & addit id vobis est pluribus viris doctis ex Societate de hac re confutis. Si tamen piscatio magnam habet occupationem, vt piscatio thunnorum, & halericum, est seruile, & nullo modo licet, etiam gratia recreationis, nisi propter necessitatem: & in hoc casu loquitur d. cap. licet; sicut supra dub. 1. 3. dixi non licere in festis molere in pistriño, quia magnam habet occupationem, at licere in aliis molendinis molere, quia non habent tantam occupationem.

D V B I V M XVI.

An sit licitum in Dominicis, & festis torneamenta exercere, & ludum, qui Hispanè justas vocatur, & alios similes.

A Liqui censem esse peccatum mortale. Sic Richard. 3. dist. 3. 7. art. 3. q. 4. Angel. verbo, chorea, initio.

Si tamen conclusio: omnia haec sunt licita in festis, quia non sunt opera seruilia. Sie Aramil. verbo chorea, num. 1. Syluest. verbo chorea, q. 1. & verbo ludus, q. 2. Cordu. summa, q. 42. Sotus lib. 2. de iust. q. 4. art. 4. Caicer. 2. 2. q. 168. art. 3. dub. 3. immo addit Syluest. quod si quis araret ludo, & ioco, non est opus seruile: idem enim opus seruile potest fieri non seruile ex fine, vt pingere est seruile, & si fiat ad addiscendum, est liberale.

D V B I V M XVII.

An exercere huiusmodi ludos in Aduento, & Quadragesima, sit peccatum mortale.

A Liqui tenent esse mortale exercere hoc publice tempore devotionis, & penitentia. M 4 scilicet

scilicet ab Aduentu usque ad Epiphaniam, & à Septuagesima usque ad Pascha; nisi interueniret aliqua caula rationabilis, vt Victoria aliqua, na-
tiuitas alicuius Principis, aut ingressus eius, &c. Sic Syluest. verbo chorea, q. 1.

2. Alij dicunt in Aduento non esse peccatum mortale, at in Quadragesima esse graue peccatum, & in dubio centendum esse mortale. Sic Corduba summa, q. 42.

3. Sit tamen prima conclusio. Hoc iudicandum est, an sit mortale secundum magnitudinem irreuerentia, vel scandali contingens ex tornacemantis; quod arbitrio boni viri secundum circumstantias occurrentes iudicandum est: & non parum refert, an sit in principio Quadragesimæ, vel post Dominicam in passione. Vnde ante Dominicam in passione communiter credo non esse mortale, licet tantum fiat recreationis gratia. Sic tenent docti iuniores, & idem alij videntur tenere qui dicunt, quod si huiusmodi ludi fierent tempore deputato ad Ecclesia ad tristitiam, vt in Hebdomada sancta, esset mortale ob scandalum.

4. Secunda conclusio. Qui tamen tunc talibus ludis interessent, non peccarent mortaliter, quia ad priuatos non spectat discernere, an sit causa sufficiens ad eos ludos; & non dicuntur consentire peccato aliorum. Sic docti recentiores contra Cordubam ubi supra.

5. Tandem nota, quod Corduba ubi supra, ait, omnes dicere esse mortale ludere publice pila, vel aliis ludis in die Cœna Domini, vel Parasceue: at Syluest. verbo ludus, quest. 2. part. 7. tantum ait, quod ludere tunc pila posset esse mortale propter magnitudinem irreuerentia, quod relinquit arbitrio boni viri. Sed forsitan loquitur Syluest. de ludo pila secreto, vt loquatur consequenter iis, quæ dixerat. Sic prædicti recentiores.

D V B I V M . X V I I I .

An ratione necessitatis fas sit in diebus festis seruilia exercere.

1. It conclusio. Ratione necessitatis excusantur exercentes opera seruilia in festis. Ratio, quia est præceptum humanum, à quo necessitas excusat. Hoc est communis omnium, & magis explicabitur descendendo ad casus particulares. Hinc infertur.

2. Primo excusare necessitatem eorum, quæ ad diurnum viatum pertinent, hoc est, ad conditios cibos, igneque parandos, qualis est coquorū opera, quod etiam ratione consuetudinis posset excusari. Sic tenent omnes.

3. Secundò eadem ratione fas est in festis facere pastillos, seu artocreates. Sic Sotus lib. 2. de inst. quest. 4. artic. 4. ad 3. & quamvis pistores, Hisp. Pasteleros, obtinuerint bullam à Romano Pontifice, in qua illis pastillos in festis facere concedit, exceptis quibusdam diebus, sine illa possunt id facere. Sic docti iuniores.

4. Tertiò pistores, Hisp. los Panaderos, & furnarij non excusantur, quia panis potest pridie festi confici, nisi tantus esset festorum concursus, vt id exigeret, aut si superueniret multitudo egenitum pane. Sic Sotus, Caetanus in summa, verbo festorum violatio, & alij.

5. Quartò hinc à fortiori sequitur esse peccatum

mortale, facere in festo saccharo condita, vt Hispani, maçapanes, alcocas, confites, conservas, & illa deaurare, &c. licet gratis fiat. Alcozer summa, cap. 17. & docti recentiores.

Quintò hinc sequitur ex eodem capite necessitatis excusati eos, qui in magnis oppidis in die festo occidunt, & excoriant arietes, & boues, & præparant, vt carnes vendantur, quia, vt supponimus, in talibus oppidis non potuerunt omnia animalia necessaria commodè præparari die præcedenti. Sic Caet. ubi supra, Nauar. in omnibus summis, cap. 1. n. 6. Angel. verbo feria, n. 11. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. §. ultima, Syluest. verbo Dominica, q. 5. Sotus ubi supra. Vnde in paruis oppidis regulariter hoc non est licitum; quia commodè possunt die præcedenti præparari animalia. Sed si non possunt commodè præparari, vt in tempore astu, vel continuorum festorum, id licet. Sic colligitur ex Doctoribus citatis, & tenent docti iuniores:

Sextò ratione necessitatis licitum est in die festo

verrere domum, in qua prandendum est, & quod quotidie consuevit verri, & omne id, quod ratione munditia, & decentia expedit esse mundum in die festo: non tamen licet verrere in die festo id, quod nec ex necessitate, nec ex decentia opus erat, & poterat præueniri ante diem festi; quia verrere de se est opus seruile. Et ita videntur sentire Syluest. verbo, Dominica, quest. 5. Taberna verbo feria, num. 18. Angel. num. 10. Margarita confess. 3. p. cepto, ubi excusant verrentem domum à peccato mortali ratione modicitatis; licet Menélez in lib. lux de laetitia, circa tertium Decalogi præceptum, dicat licere verrere domum in festis, sicut cibos condire. Sic prædicti iuniores.

Septimò hac ratione excusantur chirurgi, barbitonlores, scindentes venas in die festo, &c. secundum omnes.

Nota tamen, quod pharmacopæa non excusantur, nisi iuxta necessitatem dici præsentis, quia est ars seruile, quam sola necessitas facit in festo licitam. Sotus ubi supra, & docti iuniores.

Octauò hac ratione excusantur laborantes ad vitandum damnum imminens tam in rebus propriis, quam proximorum, vt benè D. Thom. 2. 2. quest. 1. 2. 2. art. 4. ad 3. & omnes. Vnde ex hoc capite fas est in die festo tempore messis flante aere perpurgare grana, Hisp. auentare. Immo vero ubi aeris inclemens timetur ita, vt boni viri arbitrio immineat damnum, possunt area teri, & segetes meti, licet hoc non sit tam facile permittendum. Sotus ubi supra, Toletus, & docti iuniores, qui adiungunt cum Soto, quod quando necessitas est dubia, consultius est adire Episcopum, vel saltē curatum, per quem haec liceant, & tunc non est dispensare, sed declarare legem.

Nota, quod etiam cessante necessitate ex consuetudine antiquissima sunt licita aliqua minuta, quæ solent facere agricolæ in vere, dum habent segetes in area, vel illas extendere, scilicet tritaram vertere, tendere, aut separare. Et id est de consuetudine hortulanorum rigantium olera in die festo: maximè quando in his omnibus semper interuenit aliqua necessitas. Sic prædicti iuniores.

Nonò hac ratione excusant aliqui laborantes in die festo ad vitandam otiositatem, vel aliud peccatum. Vnde hac ratione excusant domella,

cellæ, quæ hoc fine post suas deuotiones labrant in festis; non autem si principaliter causa lucri laborant. Sic Syluest. verbo, Dominica, q. 5. conclus. 4. Margarita 3. p. cepto fol. 72.

13. Sed verius est non excusari propter otiositatem vitandam, quia potest hæc vitari exercendo aliud opus bonum licitum: qui autem id faceret ad repellendum tentationem aliquam grauem occupatione illa; quia forte tunc non occurrit illi aliud medium opportunius, potest excusari. Sic docti iuniores:

14. Decimò hac ratione excusantur ferrantes equos agentium iter. Sic Caet. locis citatis, Nauarr. cap. 1. 3. in omnibus summis, num. 6. Syluest. verbo, Dominica, q. 5. Sotus ubi supra, & communiter Magistri. Aliorum tamen existentium in populo, & non agentium iter non possunt ferrare equos: vt bene docent multi viri docti de hac re confulti.

15. Undecimò hac ratione excusantur, qui sunt adeò indigentes, vt nisi laborent in festis, non possint se, suosque sustentare sine magna incommoditate: debent tamen secretò id facere ob vitandum scandalum. Sic Nauarr. in omnibus summis, cap. 1. 3. num. 11. Caetan. in summa, verbo festorum violatio, Pedraza in summa 3. p. cepto. Syluest. verbo Dominica, q. 5. Ludouit. Lopez ubi infra, Cardin. Toletus, & alij.

16. Duodecimò hac ratione excusantur servi, & famuli, & subditæ, qui iusto metu compelluntur à dominis laborare in festis, non in festorum contemptum, quando nisi id faciant, imminent eis graue damnum in perfona, vel in rebus. Nauarr. in omnibus summis, cap. 1. 3. num. 7. Caetan. ubi supra. Margarita 3. p. cepto, D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. §. ultima. Ludouit. Lopez in fruct. cons. lib. 1. cap. 52. Cardin. Tolet. & docti recentiores.

17. Idem similiter dicendum est de vxoribus, & filiis, qui sunt sub potestate virorum, & parentum. Sic idem.

18. Nota, quod si famuli prædicti sunt obligati famulari usque ad certum tempus, non tenentur propter hoc, quod dominus eos facit laborare in festis, deflerere dominos: at finito tempore debent ab eis discedere. Nauarrus ubi supra, & alij. Qui vero sunt liberi, debent potius dimittere dominos talia præcipientes, nisi inde graue damnum incurvantur enim deflerendo hunc dominum non inuenient alium in tota ciuitate, & sic fame prementur, non tenentur tanto detimento. Sic videtur sentire Nauarr. i. 7. & tenuerunt multi viri docti, & Toletus in summa. Vide quæ in simili dicimus de his famulis in tractatu de auditione Missæ, dub. 17.

19. Hinc infertur, quid dicendum sit de famulis barbitonorum, qui communiter laborant in festis: si enim sunt addiscentes, qui obligati sunt ad seruendum per annum, vel annos, & compelluntur à dominis laborare in festis, excusantur iuxta sententiam dictam Nauarri. Si vero sunt officiales liberi, qui non sunt obligati ad seruendum, & possunt inuenire in ciuitate aliquem, qui non compellat laborare, tenentur: si vero nullum inueniant, excusantur, nec tenentur transire ad alium locum, ubi hoc non sit in vsu: quia præceptum hoc non obligat cum tanto detimento. Et idem dicendum est de addiscentibus, & officialibus aliorum officiorum, qui compelluntur in festis laborare. Sic docti iuniores.

Nota quod si Episcopus fulminaret excommunicationem contra laborantes in festis, qui labrant ob necessitatem, non ligantur; quia debet intelligi iuxta ius commune, id est, nisi in casibus iure concessis: & si Episcopus exprimeret etiam in casu necessitatis, sententia esset nulla; quia continet errorem intolerabilem, & expresse contra ius, cap. fin. de feriis. Syluest. verbo, Dominica, q. 7. Nauarr. in omnibus summis, cap. 1. 3. num. 1. 5. Ludouit. Lopez ubi supra, & alij.

Decimo tertio hac ratione excusantur, qui communes artes exercent in festis, quæ artes exigunt continuationem operis absque discretionem diutinum; ita quod si oportet discernere inter diem, & diem, non inuenientur hæc artes utiles. Huiusmodi sunt artes nauticæ etiam in fluminibus ex consuetudine. Sic Caet. 2. 2. ubi supra, & in summa ubi supra, & docti recentiores. Et hac ratione excusantur, qui furnos conflandi vitri accendent in festis. Soto ubi supra, Syluest. verbo Dominica, quest. 5. Nauarr. in omnibus summis, cap. 1. 3. num. 6. Caet. 2. 2. & in summa, ubi supra, & docti iuniores, qui addunt hoc licere continuando, non tamen incipiendo: & hoc idem notat Caet. in summa ubi supra. Sed hoc iudicandum videtur iuxta consuetudinem, & iuxta detrimentum, quod sequeretur, si non possent incipere in festis: de qua re ipsimet officiales informabunt. Sic docti iuniores. Et si fornax læditur, si non nutritur continua ignis, certum est licere, vt ait Syluest. verbo Dominica, q. 5. Eadem ratione excusantur coquentes saporem, quia si oportet quiescere diebus festis, talis ars est danosa, & impossibilis sapere, ubi in decoctione plusquam sex dies requiruntur, cum septimus sit dies festus. Ita Caet. & idem sentiant Doctores citati.

Nota quod idem dicunt aliqui de coquentibus calcem, lateres, ollas, & huiusmodi. Sic Caet. Nauarr. Angel. verbo feria, num. 19. Pedraza 3. p. cepto. Sed Sotus ubi supra, dicit quod in his non videtur tantam necessitatem: & ita veritas est, quod decoctione horum maximè laterum, regularium, & ollarum non requirit continuationem tot dierum, quin regulariter possit fieri diebus profectis: & sic non excusabuntur laborando in die festo, nisi in aliquo casu, propter necessitatem priuatam, vel publicam. Sic videntur tenere Caet. & Nauarr. si attentè legantur, quia tantum eos excusant ubi decoctione exigit plusquam sex dies continuos, & tenent docti recentiores.

Nota, quod quamvis sufficerent sex dies, vel quinque, non essent obligandi, vt expectarent ad coquendum in hebdoma, in qua non occurret festum; quia sic est damnificare ars, & non inuenientur qui illam exerceret, sed dummodo bona fide incipiunt die profecto, quoniam decoctione requirit quatuor, vel quinque dies continuos, excusare illos, licet occurrat aliquis dies festus. Sic docti iuniores.

Decimo quartò excusantur, qui propter reipublica ornamentum laborant in festis, vt propter torneamenta ad faciendas veltes, Hisp. libreas, & ad facienda tabulata: & similiter videtur dicendum, quod in aduentu Regis, vel Reginae, vel Principis, fas est pro ornamento reipublicæ laborare in festis ad perficienda aliqua publica aedificia, & arcus, quos Triumphales vocant. Sic Sotus ubi supra. Palacios summa, verbo festum, Toletus in